Ꝺ 17. Martij 1603. Ꝺ

Sac. Reg. M.tas

107

N.o 31

D. Joannem Grochowickium Decanum Plocensem de quo ad me
scripsit M.tas V. quo debui studio complexus sum in negocio iuvare
non destiti. Et quidem cum non leves ea res difficultates habeat,
spero tamen ipsum intellecturum quantum ego M.tis V. mandatis obsequij
deferam; Causa enim praeter ordinem in partibus agitanda S.mi D.N.
benignitate demandata est. Atque hoc quidem est quod impetrare
illi favoris potui. Caeterum summi semper beneficij loco ducam
si me V. M.tas suis cohonestare mandatis non dedignabitur. Et humill.a
propensionis meae obsequia eidem commendo, Deumque semper et ubique
propitium exopto. Dat. Romae vij Martij MDCIIJ.

Sac. Reg. M.tis V.

Addictiss.mus Servitor
P. Card.lis Aldobrandinus

Ser.mo ac potentiss.o Polonorum Suecorumq. etc.

Regi Sigismundo Tertio.

Card.e Aldob.o
Camerl.go di
[illegible]